

Q. D. B. V.
DISSERTATIO MORALIS
QVA

STVDIVM
CONSCIENTIÆ
STVDIOSO SACRARVM
LITERARVM

AD SCIENTIAM ACADEMICAM PERGENTI
APPRIME NECESSARIVM
MODERANTE

DOMINO

M. IO. GOTTFR. LEONE
DIACONO AVLICO ET
PROF. PVBL.

DOMINO PRÆCEPTORE SVO ÆTERNVM COLENDO
IN

AVGVSTO PROPTER SALAM PRYTANEO
D. XXX. SEPTEMBR.

ANNO ΠΑΡΘΕΝΟΤΟΚΙΑΣ cλς Ιcccxxiii,
PERPENDIT

RESPONDENS AVTOR

JOHANNES COELESTINVS IVSTVS
LEVCO PETRENSIS,

LEVCO PETRÆ, LITERIS G. A. LEGII, AVL. ET AVG. TYP.

a. L'XVIII. 29.

Coll. diss. A
68, 29

DISSEMINATIO

STUDII

CONSTITUTIONE

REPUBLICAE

PERCHINATI

REPUBLICAE

PERCHINATI



PERCHINATI

PERCHINATI

PERCHINATI

PERCHINATI

PERCHINATI

PERCHINATI

PERCHINATI

INCLYTÆ. REIPUBLICÆ.

BVDISSENSIS.

SYMMOPERE. DEVENERANDO.

SENATVI.

VIRIS.

*MAGNIFICIS. PRÆNOBILISSIMIS. EXCELLENTISSI-
MIS. CONSVLTISSIMIS. AMPLISSIMIS. ATQVE.
DOCTISSIMIS.*

DOMINIS.

CONSVLIBVS.

AC. RELIQVIS.

SPLENDIDISSIMI. HVJVS. ORDINIS.

MEMBRIS. GRAVISSIMIS.

*PATRONIS. SVIS. OMNI. OBSERVANTIA. AC.
PIETATE. VENERANDIS.*

PRO. EXIMIIS. IN. SE. SVOSQVE. COLLATIS. BENEFICIIS. AC.
INSIGNI. FAVORE.

LEVES. HAS. SCHEDVLAS. SACRAS. ESSE. IVBET.
SE. SVASQVE. MVSAS. QVANTVLASCVNQVE.
COMMENDANS.
AVTOR

IOHANNES. COELESTINVS. IVSTVS.

INTROITVS.



Uofere sunt, quorum in angusta perpeſſitia
hujus vite fabula maximam habere ratio-
nem ſingulos oportet mortales, FAMAM
nomino & CONSCIENTIAM. Ad famam cer-
te quod attinet, egregie de illa pronun-
ciat Cicero, Romanorum Oraculum, inqui-
ens: Negligere quid de ſe ſentiat quis-
que non ſolum arrogantis eſt, ſed etiam
diſſoluti. Et Marcianus l. 9. ff. de manumiff. vindict. famam &
vitam pari paſſu ambulare perhibet. Ego dicam: Cum nihil tam
circumciſum, tam breue, quam hominis vita, tanto magis hoc,
quicquid eſt temporis futile & caduci, factis dandum, & ſtu-
diis proferendum eſt, vt quatenus nobis denegatur diu viuere,
relinquamus famam, quo nos vixiſſe teſtemur. Id quod & Li-
pſius Cent. III. Ep. ad Belgas VI. lepidiſſime hiſce inſinuat verbis:
Homo res caduca, fama facit illum perpetuum. Attamen ſobria
circa ſtudium fama adhibenda eſt prudentia, ne ſermonibus
vulgi nos demus, nec in premiis humanis ſpem rerum noſtrarum
ponamus. Suis nos oportet illecebris ipſa virtus trahat ad ve-
rum decus, nam fama eſt potius, famam meruiſſe. Addo &
hec: Roſam ſine ſpinis, flammam ſine fumo nunquam inuenies,
nec ſine calumnia famam deprehendes. Quoties quaſo inuidi &
maleuoli nos premunt, & labeculam fame noſtre adſpergere co-
nantur? Difficile eſt cogere malignos, bene de te quoque ſentire,
ſeu magnus Scaliger habet. Stultiſſimum igitur foret, famam

A 3

qua-

quarere, & conscientiam negligere velle. Quid enim rumor sine conscientia? Arbor pulchre virens, cuius tamen medullam caries depascitur, aut, si manis, lata miseria. Bonam vero Conscientiam seruans, non habet, quod timeat inimicorum inuidiam alienis incrementis inimicissimam. Sufficit, quod innocentiam prestare possimus, quid homines de nobis loquantur, non possimus. Mibi sententia de me, non nisi apud me fertur, nec quis sim, alium rogo. Interno isto iudice si probus audiam, quid addent aut dement mihi isti Marculi aut Laconis alicujus sermones? Quis sim, in me situm est; Qualis audiam, in vano isto vulgo, Lipsius supra laudatus scribit. Cui consonum illud Plautinum in Trinum: Act. I. Scen. II. est: Ne admittam culpam, ego meo sum promus pectori; Suspicio est in pectore alieno sita. O ergo felicem, qui de lata gloriari potest conscientia! O terque quaterque beatum, qui bonae studet conscientiae! Omnes utique decet homines, isthoc studio fungi, quod Diuus Paulus Timotheo inculcat. 1. Tim. I. 18. 19. ἵνα σεργατεύῃ τὴν καλὴν σεργτείαν, ἔχων πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν. Praecipue bonae conscientiae studere debet is, qui DEO sese vouit, & studio Sacrarum literarum totum mancipauit. Hec mecum perpendens, in animum induxi, de STUDIO BONAE CONSCIENTIAE, STUDIOSO SACRARUM LITERARUM, AD SCIENTIAM ACADEMICAM PERGENTI, APPRIME NECES-SARIO, pauca differere. Optarem, B. L. ut ascia polita omnia ad palatum tuum afferri possent, sed quod optare licet, prestare non licet. Interim, quoniam alterum potentia, alterum voluntatis est, respicias queso equitate tua, quod adest, suppleas beneuolentia, quod deest. Te vero, Maxime DEVS, ardentissimis inuoco suspiriis, ut hisce meis adspires conatibus, viresque ipse suppedites, quo conscientiam semper seruare possim illibatam. Fiat!

APHO-



APHORISMVS I.

*Conscientia est iudicium intellectus practici, super
actione aliqua patranda aut patrata, ex legis norma re-
flexum, dictans, actionem bonam, aut malam esse.*

EX DEOTIS.

Rerum explanationi perquam conducit, si vocum, quæ
ipsarum sunt interpretes, dilucidatio præcesferit.
Hinc Romanos imitabor. Censores, quibus in con-
dendis lustris prima fuit de nominibus inquisitio. Ad
Etymologiam conscientiæ quod attinet, circa voca-
buli huius ortum discrepantes Autorum obseruabis sententias.
Nonnulli enim conscientiam dicunt quasi cordis scientiam, alii
quasi concludentem scientiam, tertii denique conscientiam de-
riuant a consciens, quemadmodum scientiam a sciens, vel a
conscius, quod differt a scius, quod hic secum, conscius vero
cum altero scius sit, vt ita conscientia sit quasi cum alio scientia.
Est enim ordinatio scientiæ ad aliquem actum, qui reuocatur ad
legem

legem iudicii DEI, qui tribunal aliquod in cordibus nostris crexit. Ille primum scit, quid præscripserit vel probaverit, nec ne; deinde nos ex testimonio cordis nostri conscimus, quemadmodum Martinius exponit. Dicitur apud Latinos Religio, quo sensu Cicero de Diuin. I. c. 35. scribit: Eam rem non habuit religioni. Iuuenalis Testem in pectore appellat. Mentem etiam interdum pro conscientia adhiberi, apparet ex verbo Poëtæ, ita canentis:

Quid tibi, si gemmas omnes cumularis & aurum,
Si tua tartareis Mens cruciatur aquis.

Imprimis obseruationem meretur nomen Syllogismi practici, quo frequenter insignitur; ita autem vocatur, quia cognito principio practico subsumit & demum concludit. Nam conscientia, quando aliquid dictitat aut dijudicat, facit id ipsum per Syllogismum, in quo propositionem suppeditat συντήρησις, atque assumptionem συνείδησις specialiter dicta, seu factorum recognitio, ex quibus tandem conclusio seu διάκρισις sequitur, ceu Baldunus, Amesius, Dannhauerus, Sanderfonius, & plures alii, qui de conscientia egerunt, nos informant. Græcis συνείδησις & συνέσις audit, nec non καρδιά 1. Ioh. III. 20. & 21. Hebræis est מרע a מרע item לב, quæ vox occurrit Eccles. VII. 23. & in formula Iudæorum jurandi בלבבי, quod reddunt: Per conscientiam meam. Germanorum Gewissen, quasi Mitwissen, lepide alias exprimitur durch das wachende Hündlein unter der linken Brust. Vario autem sensu occurrit nomen conscientia. Aliqui enim pro facultate mentis accipi volunt, ut cum lex in conscientia nostris dicitur scripta, hoc est in ipso intellectu nostro, secundum Martinii sententiam. Apud Ictos, animaduertente Joh. Caluino in Lex. Jurid. per conscientiam, alieni flagitii scientia etiam indicatur. Denique pro actionum omnium com-

com-

comprehensione atque reflexione sumitur, quando nimirum facta vel facienda nobiscum concipimus, cogitamus, reflectimus & ruminamur, illaque secundum legis illius, quæ in animo cognita est, formulam examinamus, quæ tanquam regula vitæ nobis aliquid præscribit, & nos ad illud præcipientis autoritate obstringit, quem postremum significatum nostræ dissertationi vindicari, exallata definitione constabit.

APHORISMVS II.

Licet una tantum sit Conscientia in homine, a diuersis tamen iudicandi actibus, eorum modis & circumstantiis, diuersa sortitur nomina.

Εκ Θεσις,

Diuersis nimirum modis conscientia distinguitur cum Pufendorfio, Rechenbergio, Roesero, Buddeo, Hornejo, Willio, Heerebordo & aliis, a quorum splendidissima face, lumen mutuari, mihi non est in iucundum. Cum ante actionem patratam consideratur, dicitur conscientia rei futuræ seu antecedens; Cum rem factam sequitur, conscientia rei præteritæ seu consequens. Si quis de eo, quod agendum aut omittendum est, recte informatus fuerit, & quidem ita, ut sententiæ suæ certas & indubias rationes nouerit reddere, rectam conscientiam habere perhibetur; Cui opponitur erronea, quæ ea præcipit, quæ agenda vel omittenda non erant, & a jure diuino atque humano dissentiebant. Probabilis conscientia illi tribuitur, qui probabiles rationes juris de actione sua aut alterius allegare tantum potest. His accedit conscientia dubia, qua quis contrariis inter se pugnantibus rationibus anceps hæret & nescit discernere, vtri parti contradicentium sit assentiendum; & scrupulosa, quæ decidens quæ-

B

stio-

stionem, conjuncta est cum aliquo scrupulo vel dubitandi ratione, minori illa quidem, sed quæ tamen animum adhuc non finit esse certum, & in alteram partem cum vexatione quadam sollicitat. At conscientia est practicum rationis judicium, determinate de re statuens; Dubitans vero vel plane nullum fert judicium, vel in judicio suo hæsitat; scrupulosus homo vni assentitur semper cum formidine oppositi & anxietate. Quare Christianus Thomasius Iurisprud. diuin. Lib. I. c. 1. §. 59. cum pluribus aliis, qui de moribus tradunt, dubiam & scrupulosam in numero conscientia vix admittendam arbitratur: Iacobus autem Thomasius in Annot. ad Tab. Ethic. argute obseruat: Conscientiam dubiam similem videri, testi nescienti; rectam, vero; errantem, falso; certam, oculato; probabilem, aurito; scrupulosam, varianti. In scholis Theologorum datur distinctio conscientia in euigilantem & dormientem. Euigilans accusat eos,

- - Quos diri conscia facti

Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit,

Occultum quatiente animo tortore flagellum.

Pœna hæc est vehemens & multo sæuior illis,

Quas aut Cæditius grauis inuenit, aut Rhadamantus:

Nocte dieque suum gestare in pectore testem,

vt Iuuenalis Satyr. XIII. inquit: Dormiens conscientia est in illis, quorum animi callo malitia ita obducti sunt, vt in rebus pessimis nullos stimulos, nullas punctiones sentiant, nec antequam agant, ad ea, quæ ratio & lex dictant, attendant, neque post perpetratum facinus vilo Conscientia morfu diuinique iudicii metu afficiantur. Latet enim conscientia interdum, non tamen plane extinguere, amitti aut occidi potest. Amitti saltem nonnunquam potest quoad vsum, quemadmodum ratio in homine ebrio. Idque contingit apud hos, qui vix

Sunt

-- Sunt homines hoc nomine digni,
Quamque lupi fœnæ plus feritatis habent,
vt Ouidius loquitur. Denique attingenda est distinctio con-
scientiæ in bonam & malam. Si quis reminiscitur, se contra le-
ges egisse, is mala fertur onerari conscientia; sin autem recor-
datur, se non contra leges egisse, is bona, seu tranquilla dicitur
gaudere conscientia.

APHORISMVS III.

*Bona conscientia vocatur illud iudicium intelle-
ctus practici, quod dictat, aliquem non contra leges age-
re aut egisse.*

Ex Senec.

Conscientiam a DIIS immortalibus accepimus, quæ a nobis
cauelli non potest; ita Romanæ eloquentiæ Parens conscien-
tiam omnium esse hominum, nullumque ejusdem reperiri ex-
pertem testatur. Imo tot de conscientia apud Philosophos gen-
tiles exstant testimonia, vt qui conscientiam vellet negare, con-
tra conscientiam loqueretur, aut cerebrum in calcaneo gereret.
Equidem in DEVM conscientia non cadit, cujus intelligendi mo-
dus est simplicissimus ac intuitu absoluendus. Conscientia autem
infert modum intelligendi compositum, eum nempe, qui est per
compositionem & diuisionem ac ratiocinationem, quæ propter
suam imperfectionem DEO non potest tribui. Neque etiam in
brutis reperitur conscientia; quamuis enim vitam sensumque
habeant, & in plurimis rebus aliquam etiam rationis vmbra-
m; attamen, quia vera ratione destituuntur, ideo etiam conscien-
tia carent. Illa est iudicium, siue actus huiusmodi, quo di-
scernitur, quid legi divinæ vel naturæ consentaneum sit, nec ne,

B 1

quid

quid committi aut omitti debeat. Licet enim lex diuina & naturæ præcipua norma sint actionum nostrarum, non tamen potest hæc ipsa norma suo officio fungi, nisi cognoscatur, & operi faciendo applicetur, vt explicat laudatus Hornejus L. III. de principiis. act. hum. c. 4. p. 318. id quod fit per dictamen practicum, conscientiam puta, quæ singularem aliquam actionem his illisque circumstantiis determinatam, dijudicat, præcipit, vel prohibet. Vocatur Intellectus Judicium, vt innuatur, esse illam in his, qui rationis sunt compotes, non tamen in illa facultate, quæ voluntas nominatur; sed in illa, quæ intellectus appellatur. Cum enim voluntatis actiones aliæ sint nullæ, quam velle & nolle, deque rerum seu factorum bonitate & prauitate nec iudicet, nec statuatur, nec ea per se cognoscat; cum voluntas rationis per se expers sit, quod inde elucescit, quia sæpe ei repugnat: de quo etiam Medea apud Nasonem conqueritur:

Me trahit inuitum noua vis, aliudque cupido,
Mens aliud suadet; video meliora proboque
Deteriora sequor,

Quæ pugna alias non fieret, si per se rationis compos esset, siquidem ratio sibi ipsi non aduersatur; vltro plane sequitur, ad voluntatem conscientiam non nisi secundario forte referri debere. Distingui vero nouimus intellectum in Theoreticum seu speculatiuum & Practicum vel actiuum. Ille est, qui solius veritatis perspicendæ ergo rem cognoscit; hic dicitur, qui rem propter actionem cognoscit, & sub hoc conscientia comprehenditur, hinc etiam lex intellectus, a Damasceno inscribitur. Versatur conscientia circa faciendâ & factâ, quatenus etiam sub se comprehendunt cogitanda & cogitata, dicenda & dicta; nec tacendum, faciendâ & factâ in illa sumi debere amplitudine, vt omittenda & omissa sub se complectantur, cum conscientia dictitet & bona faciendâ,

enda, & turpia omittenda, & bona omiffa & turpia commiffa, dijudicet. Norma, ad quam dictamen iftud inftituitur, eft primario lex diuina, vna, quæ Sacris continetur literis, quæ reuelata audit; altera, quæ ab Apoftolo Rom. II. 15. tanquam τὸ ἔργον τοῦ νόμου ἐν ταῖς καρδίαις γραπτὸν exhibetur. Nec minus leges humanæ vim atque autoritatem obstringendi nancifcuntur ab autoritate diuina. ὑποτάγητε οὖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει διὰ τὸν κύριον. Ὅτι οὕτως ἐστὶ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, 1. Petr. II. 13. 15. Quod fi vero leges humanæ de rebus a DEO prohibitis latæ fint, confcientia his fe fubjicere nequaquam debet, quod Pericles olim amico petenti ab ipfo falſum teſtimonium reſpondit: Δεῖ με συμπράττειν ταῖς Φίλοις ἀλλὰ μὴ βωμῶν. Atque ex his, quæ hucusque allata ſunt, mala quoque confcientia cum bona diuerſo quamuis reſpectu, enucleari poteſt; nunc videamus, qua ratione inter ſe differant. Confcientia mala, actiones præcedens de iniquitate teſtimonium perhibet, illamque ſuo modo diſſuadet: actiones vero inſequens, de violatione legis teſtatur, malitiæque conuictum accuſat & damnat. Judex incorruptus, confcientiam dico, ait Chryſoſtomus Homil. XVII, in Genes. cum aduerſus hominem aſſurgit, clara voce exclamat, & accuſat, & indicat, & quaſi ante oculos pingit peccatorum iniquitatem. Eamque ob rem miſericors DEVS, principio cum formaret hominem, confcientiam illi indidit, accuſatricem perpetuam, quæ decipi & impoſturam ferre poſſit nunquam. Sed etiam ſi quis, admiſſo peccato, perpetratoque aliquo illicito facinore, omnes homines lateat; illam tamen accuſatricem non poteſt latere. Nam hanc intus habentes, vbicunque ſumus, circumferimus. Ipſa nos interturbat, laniat, flagellat, nunquam quieſcit, ſed & domi, & in foro, & in templis, & in menſa, & dormientem, & ſurgentem adoritur, rationem delictorum exigit obque oculos ponit, & peccatorum

grauitatem & subsecuturam poenam. Melius nos habet bona conscientia! Si consideres illam antecedentem, lata testis erit de virtute, monebit, vt illam amplectaris; si contempleris istam consequentem, testem iterum se sistet iucundissimam & iudicem benignissimam.

APHORISMVS. IV.

*Hæc bona conscientia ab omnibus maximi æstima-
manda venit.*

EXΘΕΤΙΣ.

CONscientiam bonam atque rectam non plane eandem esse, cum sagacioribus sapientum teneamus. Sæpius hæc quidem conuenire concedo, non tamen semper: sic, qui ob peccata sua conteritur, conscientiam quidem habet rectam, non tamen bonam. Hujus posterioris laudes si prolixè scribere vellem, multis paginis, multoque eloquentiæ flumine foret opus. Breuibus & pro modulo præcidam: Quid quæso in vita maiorem nobis procreat lætitiā, quid miseriæ nostræ majus addit fomentum, quid in morte suauiori nos erigit solatio, quam bona conscientia? Gentiles certe, veræ religionis exsortes, id agnouerunt. Audias Ciceronem: Conscientia, ait, bene actæ vitæ multorumque benefactorum recordatio iucundissima est. Audias Horatium, is ita habet:

- - Hic murus aheneus esto:

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Et alibi:

Integer vitæ scelerisque purus

Non eget Mauri jaculis, nec arcu,

Nec venenatis grauida sagittis

- - pharetra

Siue per Syrtes iter æstuosas,

Siue

Siue facturus per inhospitalem
Caucasum, vel quæ loca fabulosus
lambit Hydaspes.

Audias porro Antiphonem apud Stobæum Serm. XXIV. Ejus
vox est:

Τὸ μὴ συνειδέναι γὰρ αὐτῷ τῷ βίῳ
Ἀδίκημα μηδὲν ἡδονὴν πολλὴν ἔχει.

Apud Plutarchum Julius Drusus Publicola, Senator Romanus, Ædili decem talenta promittebat, si eam extrueret domum, quæ ab omnibus locis perspicui posset. Et Græcorum Sapiens Bias interrogatus: Quidnam in vita metu careret? Bona, respondebat, conscientia. Contra vero Tacitus autor est: Facinorum recordationem nunquam timore vacuam: & Plautus nihil miserius nominare potest, quam animum hominis conscium. Cum quibus ita concinit Lucretius:

Præteritis admissa annis peccata remordent.

Cum igitur Ethnicorum menti insita fuerit ista cognitio; nonne scientiores his illos credas, quibus intra Christianorum pomœria nasci & educari contingit? Multi Patrum, ceu vocantur, magnifice dixerunt de læta & tranquilla cogitatione cordis, de rebus nostris, juxta legem Dei & naturæ, pie, bene, recte, candideque administratis, de quibus, licet alii minus dextre judicent, cor tamen nostrum testificatur, contra calumnias excusat, hosque lætos intrepidosque reddit, quemadmodum Christoph. Wilckius in Theol. in Spec. bonam conscientiam depingit. En! Hipponensis Præsul, Augustinus, illam nuncupat: Diues gazophylacium & jure sabbatum, quo impii carent. Bernhardus nihil tutius, nihil ditius conscientia existimat. Premat corpus, trahat mundus, terreat diabolus, illa erit secura. Bona conscientia secura erit, cum corpus morietur; secura, cum vtrumque in die ju-

ju-

judicii ante tribunal justī Judicis statuetur. Ambrosius pronun-
 ciat: Bene sibi conscius non debet falsis moueri, nec aestimare,
 plus ponderis esse in alieno conuicio, quam in suo testimonio.
 Huc pertinent, quæ ex Historia Ecclesiastica de iuvene quodam
 Hadriano referuntur, qui veram fidem, quam postea professus
 est, sanguine suo sub accerrimo Christianorum persecutore Dio-
 cletiano, obsignauit. Hadrianus noster, cum videret, pios
 ad cruenta supplicia accedere, ita gaudentes, quasi qui cupiunt
 nuptias, attonitus ex illis quærebat: Quid est, quod tanta tor-
 menta vos superare compellit? Cui regerebant: Præclara con-
 scientia. Quantum, quamque insigne bonum sit præclara con-
 scientia, in illorum tandem discas exemplis, qui omnia fugere
 possunt, præter cor suum. Etenim conscientia, incumbente
 peccatorum mole, oppressa, nunc secum queritur, ac gemit,
 nunc se angit, nunc tacite fremit, nunc aperte tumultuatur, si
 Camerarium Hor. Succisiv. Cent. III. c. 25. p. 90. audire placet.
 Suetonius & Xiphilinus memoriæ prodiderunt, quod a Nerone,
 postquam matrem Agrippinam interfecerat, perfecto demum
 scelere, magnitudo ejus intellecta sit, siquidem ipse fatebatur,
 materna se specie exagitari, furiarum verberibus ac tædis arden-
 tibus. Et Cedrenus in Compend. Hist. tradit, Theodoricum, Ostro-
 Gothorum regem, caput piscis mensæ illatum, velut caput Sym-
 machi, a se occisi, aspexisse, & tremore inde concepto, breui extre-
 mum diem morte confecisse. Idem fere de Constante, Imperatore
 Græco, narratur, quem frater Theodosius, ab eo vita priuatus,
 per quietem sæpe lacesiuit, poculum sanguine plenum ei porri-
 gens, cum exprobratione: Bibe frater! quod portentum vt fu-
 geret Constans, in Siciliam, sedem suam transtulit, ibique periit.
 Scilicet, qui fugiunt, circumferunt vbique tormentum suum, ne-
 que aliud agunt, quam correpti inter nauigandum nausea solent,
 si in

si in lintrem e lembo, rursusque inde in triremem conscendunt, nihil tamen efficiunt, quia bilem & metum secum transferunt. Plura jam allatis subnectere possem exempla, inprimis Ludouici V. Bauariæ quondam Ducis, lugubre fatum, is crimine fusi innocentis sanguinis ita percussus fuit, vt, licet viginti septem tantum impleuisset annos, vnica nocte canitie perspersum acceperit caput. Refer. Zieglero im Schau-Platz der Zeit, mens. Ianuar. p. m. 38. Sed reuoco calamum ad exprimendum veterum Germanorum apophthegma: Was ist weißer, als die Kreide? Der Schnee: Was ist weißer, als der Schnee? Das Silber: Was ist weißer, als das Silber? Graue Haare: Was ist weißer, als die Alte? Ein gut Gewissen. Placeatque tibi Rhythmi cuiusdam meditatio:

Wie seelig ist ein gut Gewissen,
Das weder Welt, noch Teuffel scheut,
Es ist ein sanfftes Feder-Küssen,
Gebettet mit Zufriedenheit.
Ein gut Gewissen ist der Schild,
Und wenn der Neider noch so brüllt.
Drum hab' auch du ein gut Gewissen
In Einfalt und in Lauterkeit,
So wird die Welt sich schämen müssen,
Wenn sie das Crucifige schrent,
Die Frommen werden solches sehn,
Der Unschuld wirds noch wohl ergehn.

APHORISMVS. V.

*In primis vero studiosus Sacrarum literarum, ad
studia Academica tendens, non de solo scientiæ incre-
mento,*

C

mento,

mento, sed de illibata quoque conscientia sollicitus esse debet.

Ex Jeris

Communis olim Germaniæ præceptor Melanchthon studiosis juvenibus in Academiis identidem commendavit: Ut si idonei aliquando vel Scholæ, vel Ecclesiæ ministri aut doctores fieri velint, cum pietate simul eruditioni comparandæ navarent operam. Aurea sunt ejus verba! Saluberrimum est illius consilium! dignum, quod non chartæ tantum, sed & cordi tradatur: pietatem suam facere & eruditionem. Eruditionem studiosi Sacrarum literarum dum nomino, vanos arbitror fanaticos, qui, ut Camerarius adducit in Vita Melanchthonis §. 14. magistros doctoresque homines se habere affirmabant nullos, & copiam scientiæ sibi diuinitus inferri vniuersæ. Nam & hoc erat in legibus istorum, ne quis in otio liberali, bonis artibus & literis operam daret, nec aliunde scientiæ cognitionisque facultatem quæreret, quam ab æterni DEI benignitate, cui adjumentis humanis nihil esset opus. O insaniam dementiam! O dementem insaniam! Laborabant illa Robertus Barclajus tremulantium antesignanus in Theol. Christiana, & Val. Weigelius P. I. Postill. p. 195. cum aliis, qui ejus tibias inflant, & verum rei vsum, ab abusu discernere non possunt. Qui primis tantum labris cognitionem Historiæ Ecclesiasticæ attigerunt, non nesciunt, quod cum ignorantia meliorum literarum & contemptu veræ eruditionis, multa mala, velut Ægyptiacæ plagæ, in Ecclesiam Romanam irreperint, regnumque inde tenebrarum inualuerit. Vid. Spanheimius in Introduct. ad Hist. Eccl. & illustris Seckendorff Hist. Lutheranismi. Cimмериisque istis tenebris adhuc offuscati teneremur, nisi ducentos abhinc annos Erasmi, B. Lutheri ac Melanch-

lanch-

lanchthonis præcipue ministerio, pulsa barbarie, studiis denuo fuisset consultum. Nonne veteris Ecclesiæ Doctores, Patrum qui nomine communiter veniunt, solida eruditione instructi erant, quam aduersarios feliciter confutando, & veritatem defendendo ostenderunt; id quod Athenagoras, Iustinus Martyr, Tertulianus aliique plures cum magno Ecclesiæ commodo præstiterunt. Pollebant hi pia eruditione, vt eruditæ impietatis defensores confutare recte valerent. Si quandoque simplices rudesque literarum viri Christianam fidem validissime defenderunt, id rarius, & singulari DEI gratia, in Ecclesia adhuc plantanda, accidisse legimus. Sit hoc iudicium tuum de exemplo, quod Socrates H. E. L. I. c. 8. commemorat, quod in colloquiis Synodi Nicænæ, cum multi verborum suauitate allekti essent, indoctus quidam, ex numero ὁμολογητῶν, cum Dialecticis congressus sit, hisque illos verbis compellauerit: Christus & Apostoli non artem nobis Dialecticam, nec inanem versutiam traderunt, sed apertam & simplicem sententiam, quæ fide bonisque actibus custoditur. Quæ cum dixisset, omnes qui aderant, admiratione perculsi, ei assenserunt. Dialectici vero, simplici sermone virtutis audito, posthæc æquiore animo acquieuerunt. Nostri omnino temporibus, qua ratione studiosus diuinarum literarum notitiam linguarum, in primis sacrarum, scientiam historiæ, antiquitatum & rituum apud gentes, peritiam artium & disciplinarum, quæ in scholis Philosophicis tractantur, & cognitionem DEI ex verbo reuelato haustam, quæ proprio stat pretio, doceri debeat, B. Ioh. Gerhardus de Method. Stud. Theol. Rechenbergius de Studiis Academ. nec non David Caspari de futuri Theologi Studiis Philologicis & Philosophicis cum præfatione Ioh. Rechterii pluribus demonstrant. Quorsum reuocamus Clementis Alexandri effatum: Etsi doctrina Servatoris ipsa sibi sufficit, nec alienæ

opis indiget, cum sit potentia & sapientia ipsius DEI, tamen Græcanica Philosophia si accersit, non quidem validiorem facit veritatem, sed sophistarum insultus ab ea amolitur, & insidias omnes auertit; sepes & lorica est dominicæ vineæ. Quemadmodum vero non inscite quidam dixit: eum eruditum appellandum esse, non qui didicerit plurima, sed qui optima maximeque necessaria: Ita hoc obseruato, videat studio Sacrarum literarum addictus, vt cum conscientia sibi bene conueniat. Sic enim ipse sine labe sibi relictus, mundi vitia majori cum alacritate olim debellare, excitatas ab Acheronte machinas sereniori fronte ridere, & in calamitatibus vnum leuamentum malorum ingentium habere poterit, quod est: Innocenter pati. Malo conscientiam, quam scientiam, Symbolum erat Ioh. Scharffii, Theol. D. & Prof. Vitebergensis: Hinc, quod Gregorius Lib. III. Pastoralis Curæ cap. 6. pastoribus injungit, Theologiæ studiosus & sibi dictum habeat: Necesse est, vt, si qui verbo sanctæ prædicationis monent, prius studio bonæ actionis inuigilent, ne in se ipsi torpentes opere, alios excitent. Voce prius sese per sublimia facta excutiant, tum demum ad bene viuendum alios sollicitos reddant; prius cogitationum alis semet ipsos feriant, quicquid in se inutiliter torpet, sollicita inuestigatione deprehendant, distincta animaduersione corrigant, tunc demum aliorum vitam loquendo componant. Prius punire propria fletibus curent, tunc, quæ aliorum punienda sunt, denuncient, & antequam verba exhortationis insonent, omne, quod locuturi sunt, operibus clement. Hoc studium ἀσκήσεως olim in Origene adamantino Eusebius laudat. Et de Gregorio Nazianzeno Ruffinus testatur, quod nihil sui audiuerint ab eo præcipi, quod non ipsum prius opere comprobasse viderint. Vbicunque, scribit Erasmus, est vera sanctitas, ibi est magna Philosophia, minimeque vulgaris erudi-

eruditio. Quæ præcepta facta tectaue habeat Noster, bonis
auibus ad Academiam pergens,

APHORISMVS. VI.

*Multæ hic nascuntur spinæ, quæ conscientie cru-
enta infligere possunt vulnera, inter quas prauum con-
sortium sub prætextu libertatis Academicæ ad vitia
solicitat.*

Ἐκθεσις

Academiæ ex multorum opinione dicuntur ab Academo He-
roë, qui, vt est apud Diogenem Laërtium, in nemoroso prope
Athenas loco scholam instituit, vbi Plato deinceps, magna stipa-
tus auditorum frequentia, docuit. Siue voce hac alludi putes ad
Græcorum ἀκὴ acies & δῆμος populus, quoniam hic acuebantur
hominum ingenia, siue ad ἀκος medela & δῆμος, quoniam ibi
fuit ἰατρὸν τῶν ψυχῶν secundum Stephanum; in tricis hujusce-
modi, me non reperiens operose litigantem. Sed in hoc suffra-
geris mihi, Academiæ bene constitutas, esse sacratissima scientia-
rum Capitolia, officinas virtutum, mercaturas bonarum artium,
& seminaria, vbi patriæ & Reipublicæ pulcherrimi educantur sur-
culi. Inter Hebræos etiam floruisse Academiæ, Kircherus, Ty-
potius, Borrichius, Heideggerus, Lightfootus hariolantur. Cor-
nelius a Lapide autem Kiriath Sepher, urbem literarum, alias Ki-
riath Sanna, urbem acuminis, nec non רביר quasi oraculum
sapientiæ, primam & antiquissimam orbis Academiam venditat,
quam in Scriptura legimus Jos. XV. 15. 49. XXI. 15. Nos cum Wa-
genfeilio de Academiis, & Pexenfeldero in Apparatu Eruditionis
impense gaudemus, quod hoc nostro æuo vix vlla proftet Germa-
niæ

niæ pars, in qua non angusta scientiarum sedes collocata sit. Simul dolemus, quod in pulcherrimo horto infelix lolium crescat, sub nitidissimo roseto venenati serpant anguiculi, id dicam, quod in Academiis vitia late vagentur bonis mentibus infestissima. Persuadere iuuentuti conatur impurus ex ore spiritus, callidissimo stratagemate: Liberam esse vitam Academicam, hunc diem aliam vitam afferre, alios mores postulare, cum tamen rationi qui parent, soli digni sint, qui pro liberis habeantur, inque petulantiam & audaciam erumpat male dispensata libertas. Inter causas malorum Academicorum est, quod sæpe viuunt studiosi ad exempla, nec ratione componuntur. Quod si pauci facerent, nollent imitari, cum plures facere cœperunt, quasi honestius sit, quia frequentius, sequuntur, & recti apud illos locum tenet error, ubi publicus factus est, ut Senecæ verba mea faciam. Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur: Nec tam sincerus ullus, qui non queat infici. Dignissimum notatu est verbum Isidori Pelusiota L. IV. Ep. 35. Quemadmodum coitus animalium diuersi generis, de quo est in fabulis, monstrosa genuit corpora, Minotaurum nescio quem & Centauros, quorum ille quidem Atticos deuorabat pueros, hi autem alienas rapiebant mulieres; ita etiam improbisimorum hominum consuetudo, absurdos atque monstrosos mores parit, & parum abest, quin illi Centaurorum facinora atrocissima amulentur.

- - Dedit hanc contagio labem
Et dabit in plures, sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit, & porrigine porci.
ut Iuuenalem iterum producam.

APHO.

APHORISMVS VII.

Multa etiam blandimenta annis iuuenilibus natura ipsa genuit, quibus sopita virtus conuiuere potest.

Ex Theophrasto.

Miseri nos mortales, puluere concreti, conficimur curis, arc-
scimus membris, morte dissoluimur, foetidis horremus se-
pulchris, & tamen post primorum parentum lapsum, calcamur
vitiis, & subdimur delictis. Diues sis, an pauper; excelsus, an
humilis; senex, an iuuenis, quisque suos patimur manes. Ado-
lescentia tamen in primis lapsibus est vicina, Ambrosio autore Li-
bro de Viduis. Sanguis ejus adhuc calet, instar musti efferue-
scentis, quod feces nondum deposuit. Omnia hic vegeta, omnia
hic viuida, omnia firma. Sed, si recte calculum ponis, quid
infirmius iuvene, quem sensus fallit, ignorantia decipit, circum-
uenit iudicium, pompa lædit, imperitia incautum sistit, pertinacia
hebetat, superbia inflat, ætas præcipitat, tempus deserit.

Quem non corrumpit pubes effrena, nouæque

Libertas properata togæ? Ceu nescia falcis

Sylua comas tollit, fructumque expirat in umbras.

Statius L. V. v. 68. quærit. Viunt ut plurimum iuuenes spe;
primo tempore se meminisse nihil arbitrantur, sperare autem
omnia. Animo sunt omissio, & suauia, in præsentia quæ sunt, pri-
ma habent, neque consulunt in longitudinem. Statim sa-
piunt, statim sciunt omnia, neminem verentur, imitantur ne-
minem, atque sibi ipsis exempla sunt. Somnusque languor-
que & somno ac languore turpior malarum rerum industria in-
uasit animos. Cantandi, saltandique nunc obscœna stu-
dia effœminatos tenent; & capillum frangere, & ad mu-
liebres blanditias vocem extenuare, mollitie corporis cer-
tare

certare cum foeminis, & immundissimis se excolere munditiis, nostrorum adolescentum specimen est, Seneca L. I. contro. in præf. conqueritur. His coloribus tibi sistitur lubricum iuventæ, quod ut feliciter exeat, animus constantior annis tibi sit, & mentem sua ætas non capiat. In hoc etenim ætatis vere, nisi virtutis doctrinæque feceris sementem, frustra cum ætas erit, expectaueris fructum.

APHORISMVS. VIII.

Computationes & commissationes quoque, quibus utilium tardi prouisoires in Academiis diem sæpe ac noctem frangunt, non sanius bacchantes Edonis, ad voluntariam multos redigunt insaniam.

EXΘΕΤΙΣ.

Turpe quidem dictu est, sed si vera fateri velimus, varii illorum, quorum corda per egregias artes mansuescere debent, rigidissimos sæpe mores ostendunt. Vnde indigno plane commercio, milites, remiges, & studiosi, tanquam infrequentes DEI cultores, vulgo conjunguntur. Nec mireris, ordinem istum, alias sua prærogatiua gaudentem, atro ita carbone notari, siquidem inficeti ejus assecclæ, bonam spem decoquunt, & juxta cum abjectissimo otiosorum grege, infelici pondere Academias onerant. Dubius ipse sum, homines, an potius bruta, tales nominem, qui dies noctesque pergræcantes parasitos pascunt ac obsonant, ita Plautus exprimit. Taubmannus etiam nec ipse inscitus argutiarum artifex, docet, hujus farinæ homines, cum alienæ salutis libant, suam limare ac lædere. Habetur proh! aliquando ebrietati in Academiis honor,

nor,

maior, & plurimum potus cepisse, virtus est. Rapere se ita vitam, prædicant κυπελλόμαχοι, cum priorem diem quotidie perdant, & venientem. Ita de se Propertius:

Sic noctem patera, sic ducam carmine; donec
Injiciat radios in mea vina dies.

Nostine incommoda inde emergentia? Madide madentes quos vicit poculum, turpiter eructant, præmium summum ebrietatis libidinem portentosam & jucundum nefas reportant; vacui mente ira facile vincuntur, inque proelia inermes triduntur; plurima jejunis turpia nugantur; multa faciunt ebrii, quibus sobrii erubescunt;

Cum redeunt, titubant, & sunt spectacula vulgi;
postero die halitus crudi, & ne longum faciam: Ebrietas unius horæ hilarem insaniam, longi temporis tædio pensat,

APHORISMVS IX.

Porro conscientiam suam ledunt, qui, ludos vitiosos anxie sequentes, pecuniam, a parentibus multo labore partam, & tempus, cujus unius honesta auaritia debebat esse, periculo exponunt.

¹ Ex Θεσις.

Ludorum originem a Lydis, molli & voluptario populo, accersunt Herodotus, Polydorus Virgilius, & Tertullianus. An tutius illorum principium ad mundi infantiam reducatur, ubi variae artium inuentiones posteris Adami tribuuntur, Gen. IV. 20. ut probabile sit, jam tum aliquo in usu ludos fuisse, quamuis non satis excultos & expolitos, ipse iudicet B. Lector. Græcorum ludos præter Iul. Cæs. Scaligerum, Rauisium Textorem, & Masenium,
D Ioh.

Ioh. Meursius in libello de ludis Græcorum exhibet. De Romanorum ludis Rosinus, Pancirollus, & Hieronymus Mercurialis, Medicus Patauinus, in arte Gymnastica consulantur. Apud Germanos adultiorum ludi priuati sunt vel solius artis, vel solius fortunæ, vel artis & fortunæ simul. Ad ludos a sola arte dependentes pertinent ludus Schachius, ludus, qui fit in exteriori parte aleæ, certis calculis seu orbiculis, vbi, qui alterum excutiendo superat, victor habetur, vulgo **die Dame**, & qui a præcedenti, in altera aleæ parte institutus, non longe abit, ludus molæ, **das Mühlziehen**. In censum istum quoque venit ludus pilæ, & alii ludi, in quibus ars magis dominatur, v. g. ludus, quo missis globis coni dejiciuntur, & ludus, quo in tabula, viridi panno vestita, globuli eburnei, ope bacilli, in antrum depelluntur, **das Billard**. Inter ludos solius fortunæ locum sibi vindicat vrna fortunæ, quando, dejecto in urnam certo schedularum numero inscriptarum aut inanium, sortes deinde exeunt, arbitrio fortunæ eludentes, aut lucrum afferentes; & ludus tesserarum, quando per vasculum, aut vitrum in tabulam tesseræ mittuntur, qui modus fraudi est inuentus, ne quis collusorum talos componere, adeoque reliquos fallere possit. Ludis mixtis, qui partim ab arte, partim a fortuna reguntur, annumeratur ludus chartarum pictarum, in quibus quatuor potissimum familiæ, cordium, glandium, viridium, tintinnabulorum, & ludus aleæ, nam in hoc quoque & sorte & arte decertatur, sorte quidem, si contempleris talorum jactum, arte vero, si cogites, qua ratione calculi in alueo aleæ cum præmeditatione ponuntur, per varios ludendi modos, de quibus judicent, eorum periti. Nunc si dispicere velis, de quæstione: Quid de ludis sit sentiendum? Probe noui, multos inueniri, qui, nisi ludorum patrocinium, minimum excusationem suscipiunt.

Apud

Apud Phædrum Fab. 53. Æsopum ludentem in puerorum turba
nucibus, & defendentem se ratione arcus, non semper intenzi,
sed quandoque remissi, inuenio. Apud Stephanum in Colloquio
15. Lib. III. Petrus ait: Suauissimo hoc sermone adducor, ut subin-
de ludendo grauiorum laxamenta curarum quæram. Cui respon-
det Paulus: Id si feceris, experieris te deinceps & corpore & ani-
mo ad omnia munia longe & alacriorem & vegetiorem. Ego
amandatum cupio lectorem candidum ad euolutionem libelli
Barbeyracii, Traité du Jeu, inscripsit, prodiit Amstelod. 1709.
nec non ad ea, quæ Mr. la Placette 1697. de ludis egit,
quibus addatur Eustachii Schildens Spiel-Teuffel. Cæ-
terum, ne tanquam canis e Nilo tibi videar, ita statuendum esse
modestissime opinor: Ludos artis, si suo loco, tempore & modo
suscipiantur, sine lucri cupiditate, imprimis ad iuuandum cor-
pus, cuius fulturis animus sustinetur, permitti posse. Salisbu-
riensis tamen monitum non negligatur, qui L. VIII. inquit: Ju-
cundum quidem est, virum probum quandoque honesta hilarita-
te mulceri, sed ignominiosum, grauitatem huiusmodi lasci-
uia resolui. Ludos fortunæ, in quibus notabile lucrum cum alte-
rius damno coniungitur, temeritas ac casus valent, ac magna oc-
currit Numinis tentati irreuerentia, vti loquitur B. Dannhauerus
in Colleg. Decalog., prorsus illicitos esse affirmo. De ludis deni-
que mixtis studiosum diuinæ sapientiæ meo nomine instruat
Clemens Alexandrinus L. III. Pædag. p. 186. Vano studio nun-
quam emendum est otium: neque enim, qui sapit, id quod est
iucundum, ei, quod est melius, prætulit.

APHORISMVS X.

*Intra proximum telorum iactum constitutos ulte-
rius putes, qui in libidinosæ Veneris mala gaudia irruunt,*

D 2

&

& Cupidinem, morbum animi pestilentissimum, Deum putant; quod dum faciunt, corpus contaminant, & colliquefaciunt animos.

Ex Jovis

TRia amoris genera Plato numerat: Diuinum, humanum ac ferinum. Ferinum prorsus amorem censeas illum, quando Laidis aut Thaidis cujusdam turpes noctes ambiunt ad voluptates corporis perniciosissima libidine pessundati. Sic in ganeis innumeri in conscientiam suam grauissimam obseuerunt ærumnam, cum, Demosthenis exemplo, pœnitere tanti non fuisset emendum. Enimuero quo fœdius hoc est vitium libidinis, & vercundis iuuenum animis magis despuendum, eo velocius hanc mephitim præternauigabo. Tuum sit, B. L., examinare, annon: vbi Venus calet, ibi frigeant Musæ? Quid tam contrarium, quam virtus & voluptas? Tuum sit videre, annon flos libidinosæ Veneris rosa existat, sub cuius purpura multæ latent spinæ? Bœthius voluptatem apibus parem in eo prodit, quod vbi grata mella fuderit, tenaci morfu icta feriat corda. Tuum ulterius sit expendere pericula, quæ post animam a spurcissimo cum Laidæ commercio, imminent corpori. Hoc affligitur, liquitur, tabescit, & in morbum tandem incidit, quem nec sanare medicus, nec ferre vrbs potest. Voluptas enim, vbi viuere incepit, vita ipsa desit. Detestanda hæc foret cauterii nota in conscientia, studiosi sacrarum literarum; nec minus vreret exprobratio, si denique muneri sacro admotus, cum de castitate præcipere vellet, oggannientem atque obstrepentem indomitam plebem audiret: Ipse pura cum veste non venit.

APHO-

APHORISMVS. XI.

Restant & alia vanitatis in Academiis lenocinia, quæ licet excusari velint in Politicis, quibus obtentui est Decorum aut recreatio honesta, indigna tamen deprehendas conscientia studiosi Sacrarum literarum. Nam ut cum Prudentio loquar Hymn. I. v. 96.: Fit mane, nil sunt omnia!

Ἐκ θεοῦ.

Politici suos artem saltandi, comitem plerumque deliciarum, ad decoram & festiuam corporis agitationem eximie doceri cupiunt: Nos licet ab Ecclesiaste tempus lugendi & tempus saltandi memoretur, a studioso Theologiæ, bene saltandi peritiam, & pedum in se volutorum strepitum abesse posse, arbitramur, huic, ut exactius tripudiare queat, nequaquam allaborandum. Politici palæstricam exercitationem suis suadent, tanquam jucundum & utile spectaculum. Jucundum quidem illis maxime, hinc inde aduersario ictus mittere, missos aut latere sinuato, aut corpore retracto declinare, mox aduersarium comprimere, exarmare, dejicere; utile vero, sine trepidatione urgente necessitate facile facere, quod diu ludens fecit in palæstra: Nostrum melius sibi consulere asserimus, si in illam mature descendat arenam, ubi in lucta carnis & spiritus strenuum se exhibere discat. Politici frequentationem ludorum scenicorum, & locorum, ubi aqua ex herba aut fabis Indicis cocta venditur, die *Besuchung derer Coffee-Häuser*, suis non inuiti permittunt: Illi vero, qui animum serio ad Ecclesiam adjunxit, præter fyrtes, ad quas bona mens naufragium hic pati potest, vel sola prælabentis temporis fuga, irreparabilis videatur, ne horis suis laxius, quasi gratuitis,

D 3

abu-

abutatur. Ista sane, & alia hujusmodi cassa blandimenta, & inanium fomenta votorum, animum adolescentis, nondum consilio & ratione firmatum pelliciunt atque ita deliniunt, ut, si semel penitus admiserit, vanam leuitatis memoriam ægre eliminare queat. Fundamentum bonæ mentis quod sit, quæris? Ne gaudeas vanis, Seneca Epist. XXIII. monet. Et quo propius ad scopum suum Theologiæ studiosus accedit, eo longinquius ab omni vanitate regredi debet. Injiciat aliquis: Magnum est, quod conaris, difficile est, quod polliceris; ergone studiosum Sacrarum literarum monachi vitam viuere jubes? Ergone libris affixum immori desideras? Ergone omni illum iucunditate intercludis? Non intercludo iucunditate honesta; honestissimam autem nomino, quando cum piis & doctis amicis in campis, syluis, aut museo licet obambulare, & de variis rebus, ad sapientiam pertinentibus, sermones instituere. Sic datur animo aliquod interuallum, nec corpus assiduo laboris impetu frangetur.

APHORISMVS XII.

Adductis istis spinis, conscientiam vulnerantibus, alimenta quasi suppeditat otium, cujus blando veneno, virtus paulatim enicta, senescit.

Ἐκθεσις.

Tὸ δὲ ἔλον ἀπραγμοσύνη τίνος ἀν' ἄλλ' ἢ πλὴν νεκρῶ? Nihil omnino agere cui conueniat, nisi mortuo? Maximus Tyrius Dissertatione V. interrogat. Ast, si licet porro

Auriculas teneras mordaci radere vero, reperiuntur in Academiis dediti ventri, ignauia atque somno, quibus profecto contra naturam corpus voluptati, anima oneri est. Otium

tium

tium nugarum matrem, virtutum nouercam, peruerso cultu amplectuntur, & in turpi quiete putrescunt ac marcent. Vides, vt im-
mota fax torpeat, & exagitata reddat ignes; mollit viros otium;
ferrum situ capitur, & rubiginem ducit; desidia dedocet! Non
tam benignum ac liberale tempus natura nobis dedit, vt aliquid
ex illo vacet perdere: Et vide, quam multa etiam diligentissimis
pereant. Aliud valetudo sua cuique abstulit; aliud suorum;
aliud necessaria negotia; aliud publica occupauerunt: Vitam
nobiscum diuidit somnus. Ex hoc tempore tam angusto & rapi-
do & nos auferente, quid iuuat, maiorem partem mittere in va-
num? Enim vero nihil loci est in Academiis segnitiae atque so-
cordiae; barba crescit, tunica vilescit, caput nihil scit, quid
tandem sit? Eccos saepe segnes, postquam in otio hebescere &
languere maluerunt, male confarcinatis amictos centunculis,
cauam manum asses porrigentibus praebere, & stipem emendi-
care. Vel si hac ratione paupertati fomenta conquirere non co-
gantur, minimum in contemptu viuunt, sibi & bonis omnibus
sordent, neque in aliquem dignitatis & amplitudinis gradum
prudentum voluntate ac iudicio, sufferri possunt. Næ! illi falsi
sunt, qui diuersissimas res pariter expetunt, ignauiae voluptatem,
& praemia virtutis, praclare ait Marius apud Salustium.

APHORISMVS. XIII.

*Contra isthæc & alia probe se muniat studiosus sa-
crarum literarum, & aurea sui ipsius cognitione, ad
quos maxime procliuis est affectus, examinet, & sibi
imperare discat.*

Ex-

Augustæ Vindellicorum in curia pulcherrimis imaginibus exornata, cum reliquis arte & ingenio certabat ista effigies, quæ conscientiam, virginis habitu pictam, sistebat; hæc manibus cortenebat, additis verbis: Se ipsum cognoscere. Et veterum illud *τὸ αὐτὸν σεαυτὸν* noli putare ad arrogantiam innuendam solum esse dictum, sed ad reliqua profliganda vitia. Idem semper de nobis hominibus pronunciare debebimus: Malos nos esse, malos fuisse, inuitus adjiciam, & futuros esse.

Fertilis in crimen mens est, Babylonia plusquam
Triticeam in messem.

Quemadmodum vero Medicus, si quid artis, si quid opis in illo est, genus valetudinis, quo æger tentatur, ante omnia cognoscere debet; ita, qui mentis morbo consolationes afferri desiderat, auspicari debet a cognitione affectus dominantis; debellato enim affectu primario, scias, secundarios sponte secuturos esse & excisum iri. At inquis: quis ille est, ubi inuenio? Cum tot occasiones fucum faciant, meque ipsum a me abscondant? Audi, absit inuidia verbis, quædam subsidia, quæ nos in cognitionem nostri intimiorem perducunt. Primo casus assiduos tibi formes, & ob oculos ponas res, quæ mouere affectus valent. Hic accurate attendas, quo facto, facile examinabis propensionem, videbisque, quid mens e duobus vel pluribus sit electura. Simultamen sobria prudentia adhibeatur, vt omnia iusta comparatione huc illuc reponantur. Deinde ne quæso nimis præceps in iudicando existas, dum isto tempore examen instituis, quo vnus affectus præsentissima non irritatur occasione v. g. Homo alias supra mensuram humanæ superbiæ tumens, virginem, quam natura formosam, & curatura iuncea reddiderant, redamare potest, si ab illa se non diligi, sed amari intelligit. At facias periculum & hæc duo ipsi præ-

proponas: aut principis gratia, aut virgine isthac excidas? Audies ipsum Veneri suæ dicentem: Valeas, habeas alium, qui placeat. Tertio in te recedas, & consideres, quid isto potissimum tempore cogites, cum liberrime cogitas. Si igitur animum in iisdem sæpe cogitationibus defixum deprehendas, disces jam, quo præcipue inclinetur. Nam si spectaculo nostri quotidie detineamur, facili negotio occasionem nanciscimur, magis magisque vitia nostra agnoscendi, & actiones nostras dijudicandi: Agamus ergo hoc, cum præterea compositæ mentis sit, ut Seneca loquitur, posse consistere & secum morari. Inuento demum affectu ac passione tua, media quæras, quibus vincas illam. Ut enim in præceptis datis corporibus nullum sui arbitrium est, nec resistere morarique dejecta poterunt, sed consilium omne & poenitentiam irreuocabilis præcipitatio abscidit; ita animus, si in varios affectus se projecit, reprimere impetum non permittitur. Reprimas tu mature; summum bonum ejusque iucunditatem ob oculos assidue tibi ponas; perpendas, quam beati, quos nullæ ægritudines exedunt, nullæ libidines incitant, nulli metus terrent, nullæ fuitiles lætitiæ exultantes, languidis liquefaciunt voluptatibus. Maris tranquillitas intelligitur, nulla, ne minima quidem aura, fluctus commouente; sic animi quietus & placatus status cernitur, cum perturbatio nulla est, qua moueri possit. His ponderatis, æstimes contrariam rationem eorum, qui affectus sequuntur. Ex aliorum quoque virtute aut vitiis contemptos tibi ipsi reddas affectus. Est hoc proprium animi humani, ut horrens ea, quæ intus sunt, foras libentissime profluat vageturque circa mala aliena, quibus malignitatem suam pateat, & quacunque agendi occasione auocari desideret, dum, quæ ipse agit, relegere in conscientiæ tabulis cum acerba sententia meruit: Sed si sapit, ex aliis sumat potius exemplum, sibi quod ex usu sit. Peruersus quidem nostri amor non vult, ut nos redar-

E

guamus,

guamus, aut pro malis habeamus, deterrimoque etiam sceleri speciosum præfert titulum. Recte monet hunc in locum Abba-
die dans l'Art de se connoître soi même T. II. C. IV. p. 243. Que
si le le cœur corrompt l'Esprit, l'Esprit, rempli de faux juges,
corrompt a son tour le cœur, en lui vendant ses tenebres, & le
nourrissant des Erreurs, qu'il en a reçu. Magna accidit pugna,
quando illa sunt extirpanda, quæ magis nos afficiunt, & quæ jam
pro altera natura habemus. Opus igitur est sinceritate erga se
ipsum, virtutem dico illam, qua omnes nostras vires & actiones
secundum rectam rationem & sine fuco, renitentibus licet passio-
nibus, tales esse judicamus, quales reuera existunt. Sinceritas erga
te ipsum, tibi aliorum exempla, tanquam lapidem Lydium sistet,
ad quem actiones tuas applicare, deque illis juste judicium insti-
tuere disces. Tandem si tibi imperare cupis, rationem in omni-
bus consulas, neque concedas, ut vel sensibus, vel imaginationi,
vel affectibus, aut cuiquam rei externæ in te aliquid liceat, siqui-
dem animus hominis superior debet esse rebus omnibus.

Bis vincit, qui se vincit. In victoria

Effugere cupiditatem, regnum est vincere.

Mimi sunt Publii Syri. Et in Sacris Literis talis ὑπερπαισμός, di-
gnissimis commendatur argumentis, quæ notiora sunt, quam ut
hic fusius debeant allegari.

APHORISMVS XIV.

*Deinde Noster malum omne & occasionem mali se-
dulo auersetur.*

Ex θεοῖς

Diuinum lego Spiritus Sancti effatum 1. Sam. XV. 22.
הנה שמע מוכח טוב להקשיב מחלב אילי- Ecce ob-
tempe-

temperare præ sacrificio bonum est, obedire præ adipe arietum.
Cujus causam indagat Augustinus Serm. VII. ad frat. in Erem:
Quia in victimis aliena immolatur caro, sed in obedientia volun-
tas propria & caro mactatur; merito igitur ille, qui aliis probi-
tatem aliquando persuadere vult, sibi prius persuadeat omnis mali
fugam. Tibimet primo pacem concilia, ita demum ceteros
pacificare poteris, consilium est Thomæ Kempisii L. II. de Imitat.
Christi c. 3. & Ioh. Gerhardus L. I. c. 12. in absurdam vitæ & loque-
læ discrepantiam inuehitur: Ist's nicht ein verkehrtes Werck,
daß einer will andere regieren, und weiß sich selber nicht zu
regieren; wenn einer will andere lehren, und lehret sich sel-
ber nicht; wenn einer anderer Menschen Seelen will ver-
sorgen, und will seiner eigenen Seelen nicht rathen ic. Orige-
nem ferunt, Alexandriæ aliquando scholam ingressum esse, do-
cendi causa; dum librum euolvebat, occurrebant ipsi verba
Psalm. L. 16. Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamen-
tum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & proje-
cisti sermones meos retrorsum. His ille lectis, attonitus stupe-
bat, lacrymæque ipsi, vt puero cadebant, vt infectis hac vice re-
bus e cathedra discederet. Maxima exstant momenta, cur ma-
lum omne, ac occasionem mali sedulo auersari debeat Sacrarum li-
terarum cultor. Servire aliquando vult DEO suo; jam nulli fer-
uorum licet ex his, quæ dominus suus imperat, eligere pro arbi-
trio, quid velit facere, quid nolit, & insolentissima abusione,
quod placuerit, assumere, quod displicuerit, repudiare. Is mi-
hi profecto seruus spectatus satis, cui Dominus curæ est. Curæ
sit studioso Theologiæ Domini ἐκδικον ὄμμα. 'Οι ἐφθαλμοὶ αὐτῆς
ἐπὶ τὰς φεβυμένους αὐτὴν καὶ αὐτὸς ἐπιγινώσεται πᾶν ἔργον ἀνθρώπου.
Sir. XV. 21. יהוה יראה ללבב I. Sam. XVI. 7. Nouit nos DEVS,
priusquam nos formaret in utero. Ier. I. 5. DEVS vias nostras con-
siderat

fiderat, & gressus dinumerat, vt nec animæ cogitationes ac verba minutissima, quæ apud nos viguerunt, ejus iudicio indiscussa remaneant, Gregor. in Matth. c. X. scribit. Hieronymi ergo meditatio, tua sit meditatio: Siue comedam, siue bibam, siue aliquid aliud faciam, semper vox illa videtur sonare in auribus meis: Surgite mortui, & venite ad iudicium. His accedit, doctorem, ex Chrysostomi mente, oportere esse tanquam imaginem, omnibus ad imitandum propositam; tanquam animatam legem, tanquam denique normam ac regulam, bene recteque viuendi. Vtque talis existat imago, nec a primis Noster quicquam intermittat annis, qui obnoxii & opportuni sunt vitiis; nam & hic a teneris adsuescere multum est. Si enim illos errare contingat, qui erunt homines, per quos ab aliis error tum vitæ tum doctrinæ auferatur, res est desperati exempli & magni offendiculi. Ὅτι μὲν ἐστὶ τὸ ἄλλας τῆς γῆς εἶναι δὲ τὸ ἄλλας μωρανθῆναι, ἐν τίνι ἀλλοθιήτεται; εἰς ὃ δὲν ἰσχύει εἶναι, εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω, καὶ καταπιεσθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, Vox est Seruatoris nostri Matth. V. 13. Mihi ex illa sic constat: Exemplum efficacius persuadere, & altius imprimere animo: Credas & tu nullas res maioribus malis implicat plebem, quam quod ad rumorem componitur, nec ad rationem, sed ad similitudinem viuere vult. Inde ista tanta coaceruatio aliorum supra alios ruentium; imitationem alienæ culpæ, innocentiam vocat. Studeat ergo iuuenis Theologus, ne auditores quondam sui turpissimis vitiis similitudinem prætendant in aliqua, quæ adolescenti adhæserat, labecula. 1. Cor. VIII. 9. 2. Cor. VI. 3. Cumque infensissimus humano generi hostis, laqueos posuerit in diuitiis, in paupertate, in cibo, in potu, in somno, in vigilia, in verbo, in opere, & in omni vita nostra secundum Augustinum; λατρεύει Θεοδίδακτος τῷ Θεῷ ὡς καθαρὰ συνειδήσει. 2. Tim. I. 3. Hac ipsi palladium erit, hæc clypeum se ipsi

ipsi dabit, vt magno animo tolerare aduersa, & fortis ac strenuus, etiam contra fortunam, insistere spei possit. Ebr. XIII. 18.

APHORISMVS XV.

Cum summa prudentia, modestia, & lenitate, errores & præiudicia prauorum, cum quibus commercium, vel inuito contingit, mature tollere & emendare satagat.

Ex Desic.

Esthius, vir modesti & Pontificiis ingenii, in Commentar. supra 2. Cor. XI. 19. concinnam ponit sententiam: Sapientis est ferre insipientes. Cumque friuole desipientium magna detur copia, ne sis tam excors, vt a fatuis te infatuari contingat. Feras insipientes, non tamen, vt Machiauellus suadet, qui vult, vt accommodes te hominibus juxta vtilitatem tuam. Sed ita feras, tanquam vomicam in corpore, quam Medicus, si jam occalluerat, æquitate & moderatione animi sanare studet. Erit hoc aliquando munus Studiosi Theologiæ, exemplo emendare & oratione ducere, & ad modestiam flectere errantes; huic igitur tempestiue adsuescat. Si v. g. audiat, aliquem in conuersatione lingua sua abuti, vt in vanum assumpto nomine Domini, de DEO aut rebus Diuinis indigne dicat, hunc, nisi alieno sit tempore, sui, lingua mentem præcurrente, forte oblitum esse, amanter indicet. Peramanter, inquam, fiat, vt linguam clamare, cor amare sentiat alter, alias imperata correctione animi exasperantur: Quod Imperator voluit isto Apophthegmate: *Mit einem Löffel voll Honig fänge man mehr Fliegen, als mit einer Tonne voll Eßig.* Pari modo in reliquis vitiis vera moneat Noster,

E 3

in

in aliorum exemplis illa perstringens, & aliis quoque tanquam communia hominum delicta adscribens, quæ tamen contra audentius eundo, vitari fas esset. Si turpes & inhonesti instituantur sermones, tacendo etiam, & seria quadam gravitate suum dissensum demonstret, & orationem occulte alio dirigat, quod egregie præstitit Philosophus in cœna interrogatus a quodam lasciuo conuiua: Quomodo tibi hic arridet sermo? Inquit: Optime, nam nihil de eo auribus percepi. Pomponius Latus Romanam iuventutem his verbis cum gemitu corripiebat: At maiores vestri non tales fuerunt! Nos, dum Studiosum Theologiæ aliorum errores tollere cupimus, nolumus hoc ejus studium in intempestiuum conuertendi pruritum emergere; Sed tempori, loco & personis inservire; nolumus, illum censoriis sermonibus alios compungere, sed beneuolentiæ sedulitate delectare; nolumus, illum irasci publico crimini, & ignoscere suo: Ἀλλ' ἀπὸ πηλαγμένον τῶν παθῶν τῶν, ἵνα γένηται κατήγορος ἀδικημάτων ἀληθῆς, ita vult Maximus Tyrius Diff. XV. Paucis multa dicam: istam commendamus correptionem, quam Jacobus commendauit Cap. V. 19. 20.

APHORISMVS. XVI.

Suam studiosus diuinæ sapientiæ conditionem porro & muneris, quod olim obire debet, dignitatem ob oculos sibi ponat.

Ἐκθεσις.

HENRICUS certe Valesius autor est, Phrygiæ populum sacerdotum suorum corpora, fato suo functa, non terræ mandasse, sed in erectis columnis lapideis collocasse, vt eorum conspectus, ad

ad memoriam aternitatis, aram virtutis daret. Plurimi nostrorum his ita peiores sunt, vt ministrorum Verbi diuini officium aspernati in minimis ponant. Rara est Ernesti, Ducis Luneburgensis pietas, is Augustanis Vrbanum Regium, quem a conciniobus aulicis habebat, repetentibus respondebat: Perinde vt oculos, ita & Vrbanum se amittere velle. Si vel ad labem atque eluuiem ciuitatis peruenias, quotus quisque est, vilissimus quoque & saburræ loco futurus, qui non lauream conculcare, hoc dicam, Ministros Ecclesiæ contemnere velit. Alle Elemente wollen einem treuen Seelsorger fast zuwieder seyn; bald sticht auf ihn die Hitze der Unsechtung; bald wiederstehet ihm der in der Luft herrschende Welt-Fürste; bald gehet ihm das Wasser der Trübsahl biß an die Seele; bald mag ihn die Erde gar nicht dulden, Misander ait im Priester-Feinde p. 115. Contemptoribus autem istis acclamat Chrysostomus: An ignoras, quid sit sacerdos? Angelus vtique Domini est, non ex se ipso loquitur. Si despicias, non illum despicias, sed DEVM, qui illum ordinauit. Et alibi Homil. 65. in Genes. An nescitis, quod honor sacerdoti collatus, ad DEVM ipsum pertinet? Suam merito conditionem, & muneris olim futuram dignitatem, absque insolentis animi indignitate, ita perpendat Theologiae Cultor. En! doceri desidero diuinam sapientiam; initium autem sapientiae Timor Domini Psal. CXL. 19. Τὸ πνεῦμα τὸ ἀληθὲς ὁ κόσμος ὁ δύναται λαβεῖν. Joh. XIV. 17. Angelum DEI aliquando me exhibere debeo, Mal. II. 7. Angelorum agedum imitabor virtutes; verbum DEI docebo: hinc corruptis moribus publicis conuitium bene viuendo faciam; legatus ero supremi Numinis: religionis itaque summa sit, imitari, quem colo; Alios ad salutem perducendi opera mihi incumbet: Δὲ ἐν ἐπίχειν, ἵνα ἐμαυτὸν σώσω, καὶ ἰὼς ἀκέραιος μὲν. 1. Tim. IV. 16.; Ad
justi-

justiam erudiendi mihi venient alii: diligenter itaque excutiam,
ne in sinu inueniam, quod iniquum & iniustum.

APHORISMVS. XVII.

*Diem cultui sacro dicatum vltcrius pia mente ce-
lebrct.*

Ἐκ θεοῦ.

Familiam vbique ducit & principem suo jure occupat locum
pietas, quam proram & puppim omnis salutis suæ agnoscere
fas est. Hanc secum surgere, sedere, stare, ire, redire, pran-
dere, cœnare, cubitum ire, denique vtramque paginam facere
velit, in Theologorum scholis erudiendus, ac fideliter memi-
nisse illud Liuianum: Omnia prospera euenire, DEVM colen-
tibus, aduersa spernentibus. Neque vero hæc affero, quasi in-
tempestiuum monitorem renuenti cuidam me obtrudere velim,
sed vt mihi, vt in omnibus, ad animum reuocem, omnem ope-
ram, quæ sine Numinis reuerentia suscipitur, cassam esse & ina-
nem, ipsam vero doctrinam, destitutam viuido hoc veræ pieta-
tis succo, in præsentissimam possessoris sui perniciem degene-
rare. Debita hinc reuerentia exhibenda est sanctissimo Numi-
ni, die præcipue illo, quem cultui suo destinauit. Sistat se hic
denuo Noster ἀνέγκλητον, ac virtutis exemplo præeat, & prælu-
ceat aliis. Thummius in Tract. de Fest. Judæorum & Christia-
norum finem sabbati quadruplicem allegat: Hoc die licet amif-
sas e laboribus vires recolligere & reparare; cum enim DEVS
non tantum sit autor creationis, sed & conseruationis, ideo no-
luit, quemquam laboribus frangi, nec etiam ex brutis animan-
tibus vllum Exod. XXIII. 12. Deuter. V. 14. Hoc die in cultu DEI,
& meditatione diuinorum operum siue legendo scripturas, siue
auscul-

auscultando, siue orando, benefaciendo, sacrum agendum est
otium: Hoc sabbato nostro, tanquam typo, quies & abstinencia ab
operibus vitiosis & flagitiosis adumbratur: Hoc die in memoriam
nobis reuocatur sabbatum redemptionis, quod fuit seruatoris no-
stri in sepulchro, & consummationis, quod erit piorum post-
quam læti ex his tenebris in lucem illam excesserunt, vbi viuent
vitam sine morte. Quotus quisque autem studiosorum finem sab-
bati sobrie perpendit? Multos videas rus ex vrbe, tanquam ex
vinculis, euolare, vt eo licentius potando, ludendo & vociferan-
do tempus fallant, quasi DEVM & conscientiam, testes, secum non
haberent. Alii sacris hoc die institutis interfunt, vt prauè fa-
cundi garriant, aut cultu amœniore vestiti appareant, aut for-
mas spectent, aut sacro oratori illudant, in iocum & risum ver-
tentes verbum Sanctissimi Numinis. Ab Epicuræo hoc grege ita
distet Noster, vt ingruente sacro hoc die, in piis precibus se matuti-
num agat, ad sacra publica, morum modestia, mentis sanctitate
& religionis cultu sine superstitione accedat, animum suum a va-
nis ad æterna reuocet, nec nisi melior e templo reuertî desideret.
Domi deinde, quæ sibi in primis dicta videbantur, in animo fre-
quentet. Reliquum tempus in euoluendis sacris literis & alio-
rum scriptis, ad pietatem facientibus, consumat. Nec prohi-
bita ipsi est sermonis communicatio, quæ ipsi suauissima cû
amico, exemplo innocentia potest, esse. Finio hæc verbis B.
Arndtii: Gott fordert nichts mehr von den Menschen, denn
den Sabbath, Ruhe von allen seinen Wercken, von ihm
selbst fürnemlich. Unser Geist und Gemütthe ist wie ein
Wasser, darüber der Geist Gottes ohn unterlaß schwe-
bet. So bald es stille wird, und von keinem Winde der zeit-
lichen Gedanken hin und her bewogen, bleibt GOTT
darinnen, spricht sein kräftig Wort in solch still Was-
ser. Dieser Blick ist besser und edler, denn die ganze Welt.

F

APHO-

APHORISMVS XVIII.

Rectæ intentionis debitum quotidiano deuotæ orationis officio suffulciat.

Ex Deois

FErunt, D. Joachimum Mœrlinum, apud Brunsvicenses primariæ dignitatis quondam virum, verbi diuini ministris ad novum munus a se introducendis, hæc tria commendasse: *Arbeite redlich; meine es treulich; bete fleißig.* Tria hæc commendata sibi quoque habeat studiosus diuinæ sapientiæ, & cum de primo jam dictum sit, ad posteriora non ultimo sed vel primo loco me quoque instruam: Qui ad studium Theologiæ animum appellit, frustra opinatur, si opinetur: Mihi vero, quantum decoris, quantum dignitatis, homines adjungent! Insolens infamiæ, semper in laude versabor, circumfluam gloria. Nam videntur hæc leuia atque communia? Salutari, inuitari, appeti, deduci, consuli. Frustra autumat is, de quo loquimur, si autumat, effuse mihi affluent opes, & fortunas & libros habebō, exemptus ero solutione pecuniæ, qua subditi principem iuvant, quemadmodum forte inaudiuimus quosdam aratro vitam quærentes, omnibus in votis habere, ut sui, euadant Theologi, *den es hat es niemand besser als die Pfarr-Herren, sie dürfen niemand keine Gaben geben.* Frustra iudicat Noster, quem in scenam producimus, si iudicet: Mihi nihil agendum, nisi concio forte habenda, hanc quintam ex quatuor aliorum scriniis compilare, non difficile est; menstruas anno dare poterō ferias, & socordiæ oblectamento corpus robore. Frustra censet studiosus sacrarum literarum, si censeat: Eueniet mihi libertas, libero dictionis genere fulmina in alios spargendi, aut vitia eorum congestis probris impune prosequendi. Abeant hæc inania, & succedat illis vera intentio, quæ scopum vnicum

cum

cum præfixum habet: ὁλοψύχως, vt inquit B. Gerhardus, DEI gloriam & proximi salutem quærere. Hanc rectam intentionem, DEO & proximo inseruiendi, si vel aduersa incidant, vt odiis obruamur, conuiciis proscindamur, rei familiaris angustia premamur, laboribus & inquiete conficiamur, alta despicatione contemnamur, nemo a nobis vnquam auellat. Habes hic, quod virum te præstes! Inde nimirum accidit, multos ab afflictâ Theologiæ amicitia transfugisse, atque ad aliam florentem deuolasse, quæ tamen transfugia, leuibus ingeniis competunt, quorum negotia magis verisimilia, quam vera arbitraris. Præstemus autem nos viros, ad illud a Dauide Ps. L. propositum וְנִצְּרָךְ tanquam ad sacram ancoram confugiendo. Ad preces quomodo mecum Studiosus Theologiæ confugere debeat, copiose foret dicendum, nisi & chartæ & temporis ratio habenda esset. Dixit de hac re grauitè B. Gerhardus, in citato sæpius aureo libello de Method. Studii Theol. & in præsentî dicat pro me Augustinus: Ne deficias in oratione, DEVS, quod concessurus est, si differt, non aufert, non facile de sententia mouetur. Quod promissit, fixum est, fallere non potest. Habet unde faciat.

APHORISMVS XIX.

Parentum monita, quibus in Academiam proficiscentem comitati sunt, sedulo cogitet,

Ἐκ θεοῦ.

Paternæ adhortationis exemplar insigne, quod instar omnium habeatur, liceat hic inferere: totum tradere chartæ angustia non permittit, trado tamen partem, quam scenæ huic inseruire deprehendes.

§ 2

Väter

Väterliche Lehre und letzter Wille, Martin Geiers D.
an seinen liebsten und einzigen Sohn, Iohannem Chrikia-
num, deren er nimmermehr vergessen soll.

Sir. XXIII 18.

Mein Sohn! Was David an seinen Sohn gelangen ließ, da er
teko sterben sollte: Ich gehe hin den Weg aller Welt; So warte nun auff
die Hut des HErrn deines Gottes, daß du wandelst in seinen Wegen und
haltest seine Sitten, Gebothe, Rechte und Zeugnisse, auff daß du klug
seyst in allem, was du thust, und wo du hinwandelst 1. B. der Kön. II. 2;
Eben das ist auch mein letzter Wille an dich. Ich sage dir, mein lieber
Sohn, mit Tobia Cap. IV. 2. sq. Lieber Sohn, höre meine Worte und
behalte sie fest (NB.) fest in deinen Herzen 1c. Und dein Lebelang habe
Gott für Augen 1c. Wandle für Gott, und sey fromm, Gen. XVII. 1.
nach Anleitung meiner Andachten von Gottes Allgegenwart. Hüte
dich, mein Sohn, vor aller Hurerey; Hoffart laß weder in deinen Wor-
ten noch Herzen herrschen, denn sie ist ein Anfang alles Verderbens;
Was du willst, daß man dir thue, das thue andern auch; Trinf
nicht mit den Sündern (mit liederlichen Purschen) 1c. dancke allezeit
Gott und bete, daß er dich regiere, und du in allen deinen Vornehmen
Gott folgest. Siehe auff Gott, deinen Nächsten und dich selbst. Deiz-
nes Gottes nimm wahr an allen Orten, zu allen Zeiten, bey allem Vor-
haben, sintemahl wir in ihm leben, weben und sind. Ruffe ihn inbrün-
stig an nach dem Exempel des jungen Daniels und seiner Gesellen. Wohl
gebetet, ist halb studieret. Ehe du die Bücher anrührest, so seuffze herzlich:
Demitte, Domine, sapientiam de sede magnitudinis tuæ, vt nobiscum sit.
HErr, öffne uns 1c. Gehest du von der Arbeit, so dancke Gott vor gute
Gedanken, und bete um Versiegelung. Die Bibel liß mit innerlicher
Reverenz, darinnen dein Gott redet; Wiederhole bey dir das Gelesene,
wo du gehest und stehst; Bemühe dich, das zu practiciren, was du im
Verstande recht und heilsam befindest. Bilde dir nichts ein vor andern,
die vielleicht von Gott nicht so viel Gaben, als du, erlanget haben. Desto
schwerer ist deine Verantwortung. Ach! Demuth, Demuth, da man
sich vor nichts hält, und Gott allein zuseget, was gut ist, bleibt der
wertheste Schatz. Demehr strebe, deinen Gott als dein Schöpffer, Hen-
land

land und Helfer lieb zu gewinnen. An Gottes Segen ist alles gelegen. Glaube hierinnen deinem Vater, der es selbst erfahren und der es hiermit in dein Herz drückt: Ingenium ist nichts, Information ist nichts, Fleiß ist nichts; allein das Bedeyen, das Gott giebt, thut alles. So viel deinen Nächsten anbetrifft, ist derselbe entweder über dir, oder deines gleichen, oder geringer als du. Die über dir sind, Standes, Ehren, Alters, Erfahrung oder anderer Ursachen wegen, halte allezeit in gebührenden Ehren, folge gutem Rath, klügele nicht, ob du schon vermeinst, etwas schärffer zu sehen. Jungen Leuten, die sich also bescheidenlich bücken können, kan man nicht abhold seyn. Was deines gleichen ist auff Vniversitäten, halte ja auch iederzeit in gewöhnlichen Respect, verachte keinen weder An- noch Abwesenden, entschlage dich aller Stizch: Reden und Anzüglichkeiten, die oft groß Unglück verursachen. Solte dir gleich Gott der Herr mehr Mittel verleyhen, dich in Kleidung und sonst hervor zu thun; lieber halte an dich, mi fili! Medio tutissimus ibis. Wilst du mit iemand Freundschaft machen, so siehe zu: förderst, ob dieser auch Gottes Freund sey. Für dem Trunc hüt dich um Gottes willen; Erinnere dich meines Exempels, wie ein Greuel mir solche Unmäßigkeit gewesen: Mußt du Ehrenthalben darben seyn, so schleure dich bald davon; lieber gesunden Leib und gut Gewissen, als nichtige Welt-Freude. Solte dirs nahe gebracht werden zu zanken, verhorche, schlage es zur Berireren, und laß es ja nimmermehr zu einer Faust-Rache kommen. Für Charten- und Würffel-Spiele hüt dich als für betrüglichem Gifft. Leibes Exercitia mit Regel-Spiel, Peilicken-Taffel und Schacht-Spiel ist dir ungewehrt, daß nur nicht unvermerkt das Gifft der Gewinnsucht einschleiche. Hiermit warne ich dich auch für allem Nacht-Geschwärme, da man durch Gassen herum zu wandern durch Compagnien bewogen wird.

Für deine eigene Persohn habe fleißige Aufficht auf dein Gemüthe und auf den Leib. Deine Seele, welche Gottes Ebenbild von Tag zu Tage deutlicher präsentiren soll, bewahre ja für Sicherheit, Frevel, Eitelkeit und Faulheit; Derwegen habe nochmahls iederzeit und überall Gott für Augen und bete. Die Zeit ist edel, fugit irreparabile tempus, je jünger das Gedächtniß, ie fähiger und fester ist es, etwas

heils

heilsames zu fassen, und zu behalten. Zuförderst ruffe Gott an, der wird dich führen. Deinen Leib wirst du mit christlicher Sorgfalt für aller Befleckung und unreiner Lust ja wohl behüten. O wie sanffte thut solches einem hernachmahls im Ehe-Stande: *Vitia seminis puniuntur in semine. Optimum senectutis solatium bene transacta iuventus.* Drum vermeide Conuersation mit Weibs-Personen, sie seynd gleich fürnehme oder geringe. Josephs Ehre und Frömmigkeit wirst du verhoffentlich mehr æstimiren als Ammons ungeziemende Geilheit. Mein Sohn, folge mir hierinnen um Jesu Christi willen! Mein und deiner lieben Mutter Exempel / so viel unser Eintracht und keuschen Wandel anbetrifft, laß dir nimmermehr aus dem Sinn kommen, damit dich nicht eine kurze Lust in die immerwährende Unlust möge stürzen. *Momentaneum est, quod delectat, æternum, quod cruciat. Voluptas abit, turpitudine manet.* Hierzu gehöret, daß du ja nicht in die Natur stürmest durch ungezeitig und allzuhäuffig Einsfüllen der Speisen und des Tranks, brauche deinen eignen Appetit, halte Diät, so wirst du dich immerdar erfreuen können. Wegen des Reisens will ich dich treulich erinnern. Für Frankreich und Italien hüte dich; die Gefahr ist augenscheinlich, der Nutzen schlecht. Hast du Mittel, so lebe auf teutschen Vniuersitäten: Holland und Engelland stell ich dahin, ob du etwa nach deinem 25ten Jahre dich dahin begiebest, und vornehmer Leute, wie auch guter Autorum Befandtschafft da suchest. Allein pflege auch hierinnen bey Verständigen guten Rath. Die Zeit und Geld ist leicht verthan. Leicht ist man in Unglück bracht, aber nicht leicht ist's hernach zu ändern. Schließlich übergebe ich, mein Sohn, dich in die Hand meines und deines Gottes, derselbe, der mich geführt hat, führe auch dich immerdar bis ins ewige Leben. Der Herr Jesus wohne in deinem Herzen! Sein guter Geist führe dich auf ebener Bahn. Derselbe treue Gott befehle seinen Engeln über dir, daß sie dich behüten auf allen deinen Wegen, Amen! in Jesu Nahmen, Amen! Diese meine väterliche Vermahnung befehle ich dir hiermit nochmahls treulich, daß du dieselbige NB. so oft du zum Heil. Abendmahl gehest, vorhero durch lesest, um zu sehen, worinnen du von Gott und deines Vaters Willen etwan abgewichen, und solches reuig corrigirest. Diß vergiß nicht. Gott sey mit dir! dein treuer Vater:

Scrib. d. 19. Sept. 1674.

Martinus Geier, D.

Surdo optimus parens non narrasset fabulam, nisi optimum filium animam prius, quam virtutis studium reliquisset. Ipse enim ex turba hac & colluione, præmaturo adhuc fato discescit, hoc pietatis documento in ultimis ceris relicto, ut certa pecuniæ suæ summa honesto fœnori locata, de victu liberaliter prospiceretur duodecim alumni, in Academia Lipsiensi degentibus. Pari ratione Noster obsequentem submissumque se præbeat monitis parentum, non solum, quod, instituyente natura, plus fere liberos, quam semet ipsos diligunt, sed quia laudabile opus est, nunquam a memoria hominum exiturum, posse hoc dicere: Parentibus meis parui.

APHORISMVS XX.

Examen conscientiae vespertinum commendatissimum sibi habeat. * Ex. 7. 15.

IN aureo Pythagoræ carmine, examen hoc conscientiae vespertinum, monito ad vitam bene agendam saluberrimo, confirmatur. Nostram nunc non faciemus controuersiam, qua de auctore dicti carminis inter se disceptant eruditi. Hoc tantum in memoriam reuocare nobis liceat: Samium illum Philosophum, si doctrinam examinis vespertini tradidit, non primum & vnicum fuisse, nam inter sententias Cleobuli, apud Diogenem Laërtium in vita ejus, hanc quoque legimus: Antequam domo quis exeat, quid acturus sit, apud se pertractet, rursus cum redierit, quid egerit, recogitet. Faciebat hoc Horatius, quando L. I. Serm. Sat. 4. de se canit.

- - Neque enim cum lectulus aut me
Porticus excepit, desum mihi. Rectius hoc est,
Hoc faciens viuum melius.

Faciebat hoc Sextius apud Senecam, ut consummato die, cum se ad quietem recepisset, interrogaret animum suum: Quod hodie malum tuum sanasti? Cui vitio obstitisti? qua parte melior es?

De-

Desinet ira & erit moderatior quæ sciet, sibi quotidie ad iudicem
veniendum. Quid ergo pulchrius hac consuetudine excutiendi
totum diem? Qualis ille somnus post recognitionem sui sequitur?
Quam tranquillus, altus ac liber, cum aut laudatus est animus, aut
admonitus, & speculator sui censorque secretus, cognoscit de mo-
ribus. Ipse etiam Seneca citato loco L. VI. de ira c. 36. de se per-
git: Vtor hac potestate, & quotidie apud me causam dico. Cum
sublatum e conspectu lumen est, & conticuit vxor, moris jam mei
conscia, totam diem mecum scrutor, facta ac dicta mea reme-
tior. Nihil mihi abscondo mihiq; transeo, quare enim
quicquam ex erroribus meis timeam, cum possim dicere:
Vide ne istud amplius facias, tunc tibi ignosciam. Sic
etiam sibi persuadeat Theologiæ indefessus cultor, initium
esse salutis, notitiam peccati; nam qui peccare se nescit, corrigi
non vult, deprehendat se oportet, antequam emendet. De-
prehendat se omni tempore, felicius autem vespertino, isto enim
voces hominum silent, strepitus non amplius auditur, fortior
lux, quæ mentem quandoque dispergit, cum aliis impedimen-
tis externis ab oculis recessit, vt, cessantibus denique negotiis,
ascendi adversus se tribunal mentis possit. De illo, quod DEVS
populo Judaico mandavit Num. XXVIII. ad expianda peccata
agnos anniculos quotidie offerre, vnum mane, alterum ad ve-
speram, B. L. vltius cogitet. Supremi Numinis gratia
mihi ita imperabo, vt, antequam corpus nocturnæ quieti tra-
dam, & ex lassitudine arctius dormiam, cum Dauide memor
sim DEI super strato meo Psalm. LXIII. 7. Tu vero, Maxime DEVS,
quoniam ἡ εὐσεβεία πρὸς πάντα ὡφέλμος ἐστίν. I. Tim. IV. memor sis
mei, memor sis meorum studiorum, memor sis vitæ, memor sis
fortunæ meæ, memor sis omnium, qui studio bonæ Conscientiæ
inuigilant. Sic vita nostra erit tranquilla, & vitæ fabulam aliquando
sequetur iucundissimus cum bonæ conscientiæ plausu

FINIS,

Coll. diss. A. 68, misc. 29